

## LIBER STELLA I. II.

*Maioris Consilii*

1480–1502

...

I

1

Περὶ ἐκλογῆς τὸ ταχύτερον Προϊσταμένου Ναυστάθμου Κρήτης. Τρόπος ἐκλογῆς του. 1481, Μαρτίου 18.

Millesimo quatracentesimo LXXXI, die XVIII Martij. 1

Est necessarium, ut res et munitiones Arsenatus nostri Crete aptentur et custodiantur; quod electio, que fieri debet de uno Admirato loco deficientis quam primum fiat. Et quamquod per plures se posuerunt ad ipsam probam, quod in uno die in hoc consilio ballotari, nec eorum supplicationes audiri possent, et esset cum maximo omnium tedium; uadit pars quod ipsa electio fieri debeat in duabus quarantijs; uidelicet, ciuili et criminali ut omnes ad ipsam probam positi melius et cum ipsorum satisfactione dicere, et ostendere possint merita sua erga nostrum Dominium. 5 9

2

Ἐν διαφονίᾳ τοῦ Δουκὸς καὶ τῶν συμβούλων ἐπὶ ἐκδόσεως ἀποφάσεων πολιτικῶν καὶ ποινικῶν, διάτασσεται ἡ ἐπέμβασις τοῦ Καπετάνου Κρήτης, τοῦ ὥποιου ἡ γνώμη μετὰ τῶν μὴ συμφωνούντων θέλει ὑπερισχύσει. Ἐν περιπτώσει δὲ θανάτου τοῦ Δουκὸς ἡ τοῦ Καπετάνου, ὅπότε ὁ εἰς ἐκ τούτων είναι ὁ ἀντικαταστάτης τοῦ ἄλλου, τότε ἐπεμβαίνει ώς τέταρτος εἰς τῶν Ταμιῶν διὰ κλήρου, ὅπότε ἡ γνώμη τοῦ ταμίου τούτου ὑπερισχύει. 1481, Ἀπριλίου 8.

Millesimo quatracentesimo LXXXI, die VIII Aprilis. 1

Quoniam frequenter accidit ut inter Ducham nostrum Crete et Consiliarios oriatur differentia opinionum in causis, tam ciuilibus quam criminalibus; et quandoque ambo consiliarij in opinionem conueniant contra opinionem Duche;

